



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Titvlvs XI. De Raptoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

cenfetur tollere alia, per alias leges iam inducta, Argum. ex duarum. de auct. & vspallij. & Pan. in cap. at si clerici de iudic. nu. 36 & ca. si autem. de cohab. cler. & mulier. & ideo potest iudex novas penas contra sic delinquentes arbitrari, declinando præsertim ad poenam, mitiorem imponendam.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 1. de cohab. cleric. & mulier.

- 4 **Q**Uæ Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 14. de reformatione clericorum concubitosarios statuit, etiam ad simplicem incontinentiam extenduntur; & non solum binas aut plures accessiones sine actu fornicandi, sed etiam unam cum reali fornicatione, privatione tertie partis fructuum privare intendit; maxime cum Concilium non minus huiusmodi peccata clericorum prohibere, & punire voluit, quam iura antiqua: unde cum propter unam solum fornicationem etiam simpliciter iurantiæ clericum deponendum esse statuerint, cap. presbyter. cap. in omnibus. cap. feminas. & clericus. dist. 81. cap. sicut. & cap. si autem. de cohabit. cler. & mulier. a fortiori Tridentinum unam solum fornicationem privatione tertie partis fructuum punire, unamque accessionem, & conuersionem suspectam, & illicitam prohibere intendit.

TITVLVS XI.

De Raptoribus.

S V M M A R I V M.

- 1 Raptor non est, quem virgo ultro sequitur, licet eam stupret.
- 2 Raptus sine violentia committi non potest, & quis eam commississe cenfetur.

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vrisque.

- 1 **S**I virgo alicuius iuuenis amore capta, cum illum transeuntem per callem & viam de fenestra videt, exiens de domo post eum ad domum ipsius vadit, ubi ab eo carnaliter cognoscitur: Quamuis iuuenis stuprum in hoc casu committit, raptum tamen committere non dicitur; & ideo sola pena stupri, non pena raptus a Concilio Tridentino sess. 24. ca. 6. de reformatione, statuta puniendus est: Cum raptus violentiam ablationem, qua femina ab vno loco ad alium trahitur, in portet; ex S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 9. & q. 154. art. 7. & c. de raptoribus. 36 q. 1. & l. 1. C. de raptu virginum: autem non extendenda, sed restringenda potius sunt, ea pena de peccatis. dist. 1. præsertim cum stuprum suo genere minus peccatum sit, quam raptus.

DECISIO II.

Ex cons. 3. in Nouis, deest in antiq.

- 2 **R**aptus sine violentia committi non potest, argum. c. de raptoribus. 36 q. 1. & l. 1. C. de raptu virginum: quam tamen intulisse cenfetur, qui per munera data, vel promissa puellæ persuadet, ut nolente patre de domo exeat, & ad ipsum veniat; & excommunicationem, & iuris infamiam ipso iure sine alia iuris declaratione incurrit, ut ait Concil. Trid. sess. 24. de reformatione. c. 6. Et quamuis pena incurfam ipso iure contra se regulariter nequaquam tenetur, donec a iudice solvere iubeatur; secus tamen in censuris, ac alijs inhabilitatibus censendum est, ut propterea excommunicationis penam contra se exequi raptor tenetur, nec sufficit emendatio vitæ, sed necessaria est expressa absolutio, ut liberetur: sicut nec infamia iuris per solum emendationem vitæ tollitur, cum tamen infamia facti emendatione ipsa cessare cenfetur.

TITVLVS XII.

De Furtis.

S V M M A R I V M.

- 1 Surripientes a propinquis, vel amicis, quæ credunt gratis daturos, licet non proponant abstinere, absolui possunt.
- 2 Ancilla erogantes pauperibus minuta aliqua ex tacito minorum consensu, restituere non tenentur.
- 3 Restituere tenetur, qui ad vitandam mendicantem furatur.
- 4 Ministri alios furari videntes, & eos non impediendo, licet peccent, restituere tamen non tenentur.
- 5 Pueri præfati coquina de mandato eius amicis deferendo, nisi desistant absolui non possunt.
- 6 Oecon mus licite cum alijs conuenire potest, ut accipiat res ab eis pro pretio corrente, & ipsi aliquid lucri dent illi.
- 7 Restitui debent furto subreptæ.
- 8 Fur licet curauerit ut ablatum ad dominum rediret, si non redijt, iterum domino restituere tenetur.

DECISIO I.

Ex consil. 1. in vrisque.

- 1 **P**auperes a propinquis, vel amicis quædam parui momenti, dum eos visitare soleant, surripientes, quæ tamen credunt gratis daturos, si peterentur, licet non proponant abstinere, absolui possunt; ita Nau. in Man. c. 7. num. 139. Quia non oportet penitentem habere propositum abstinendi omnino a venialibus sicut mortalibus, ex S. Thom. 3. p. q. 87. ar. 1. & 4. & Naua. in Man. c. 1. nu. 24.

DECISIO II.

Ex cons. 2. in vrisque.

- 2 **A**ncilla frequenter in seijs dominis modica quædam pauperibus erogantes, & credentes hoc in inime esse prohibendum; & sine animo perueniendi ad notabilem summam, ad restitutionem non tenentur, dum modo probabiliter credant Dominas rogatas ea pauperibus concessuras esse, etiam si omnia illa modica ad notabilem quantitatem perueniant, si nunquam, percipiendo illa parua, ad illam peruenire intendant, ita Nau. in Man. c. 37. num. 139. Quia magis peccat, ceteris paribus, qui capit, quam qui retinet, arg. c. saepe. de restit. spoliat. qui autem illa parua capit sine intentione ad illam quantitatem notabilem perueniendi, plusquam venialiter peccare non cenfetur.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 6.

- 3 **P**eregrius in via existens, & nihil habens, si data occasione aliquid furetur, ut in patriam sibi redeuntis prouideat, & mendacitatem, & alia incommoda itineris deuiet, ad restitutionem faciendam obligatur, ita Naua. in Man. c. 17. num. 61.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 7. de iniur. & damno dato.

- 4 **I**n domibus magnatum, ubi ad sunt ministri varia officia habentes, & l. repositus custodia vestium videns alium ex cella vinaria vinum secrete furantem, quia tamen ad illum cura cellæ vinariæ specialiter non spectat, nec impedit, nec indicat hoc ei, qui occurrere, & impedire peccat, non impediendo damnum proximi, cum posset, moraliter peccat, ex Naua. in Man. c. 24. nu. 22. ad restitutionem tamen non tenetur; eo quod non peccat contra legem in re specialis, sed solum contra legem charitatis, cuius tamen non tenetur ad restitutionem non obligat, sicut transgrediendo, ut ait idem Naua. in Man. c. 17. nu. 11.